




E. Heyl in facieb.

Granata



ILLIBERITANA MINIMORVM

# PROVINCIA

PROCOMITIIS

PROVINCIALIBVS CONGREGATA,

vt nihil Religiosi ornatus in illis desideretur, ad  
hec litteristica certamina, atque contiones

inuitat verbis Prouerb. cap. 8.

à num. 1.

*SAPIENTIA CLAMITAT,*

*& prudentia dat vocem suam in medijs*

*semitis stans*

(HOC EST, ERRORVM EXTREMA,  
& prærupta deuitans)

*Dicens ò viri ad vos clamito, & vox mea ad  
filios hominum - Audite, quoniam de rebus  
magnis loqutur sum. & aperientur la-  
bia mea, vt recta predicent*

IN HOC GRANATENSI COENOBIO

Diux Mariæ à Victoria Sacro à Luce 24.

Septembris vsque ad primam Octo-

bris. Anno 1659.

ORDEN

QUE  
SE A DE OBSERVAR  
en la celebridad del Capitulo  
Provincial.

**M**IERCOLES 24. de Setiembre para  
impetrar la gracia del Espiritu Santo,  
y aciertos felices en todas las acciones  
capitulares, se consagra fiesta a  
este Divino Espiritu. Predica a las nueve de  
la mañana el R. P. Fr. Francisco Lobillo y Ba  
ñuelos Lector de Prima, y Regente del Conuen  
to de Ezija. Y preside conclusiones a las tres de  
la tarde el R. P. Fr. Juande Parga Lector Ju  
bulado, y Corrector del Convento de Motril: y  
lesustenta el P. Fr. Miguel de Sylva.

**J**IVEVES 25. Predica del altissimo Mys  
terio de la Eucharistia el R. P. Fr. Francisco  
Cortès y Armenteros Lector de Prima del Col  
legio de Offuna. Preside el R. P. Fr. Pedro de  
Sota Lector Jubulado. Sustenta Fr. Geronimo  
Ruiz de Castro.

VIER-



**J** VIERNES 26. Predica de N. P. S. Fr<sup>2</sup> Francisco de Paula el R. P. Fr. Luys de Sanariego Corrector de el Conuento de la Recoleccion de Cabra. Preside el R. P. Fr. Miguel de Fuentes Lector Jubilado, Definidor de Prouincia, y Corrector de el Conuento de Ezija. Sustenta Fr. Francisco Pacheco.

**J** SABADO 27. Predica de la Limpia, y Pura Concepcion de Nuestra Señora el R. P. Fr. Bernabe Ruiz de Castro Lector de Prima del Conuento de Cordoua. Preside el R. P. Fr. Gaspar Collado Lector Jubilado, y Corrector del mismo Conuento. Sustenta el P. Fr. Alonso Pedraza.

**J** DOMINGO 28. Predica de la Dominica el R. P. Fr. Francisco Nauarro Lector Jubilado, Calificador del Santo Oficio, y Definidor de Prouincia. Preside el R. P. Fr. Andres Garcia Regente de el Real Conuento de Nuestra Señora de la Victoria de Malaga. Sustenta Fr. Francisco de Ossuna.


**J** LVNES 29. Predica del mayor Principe de los Espiritus Celestes, el Serafin, y Patron de nuestra Sagrada Religion S. Miguel el R. P. Fr. Andres Garcia Regente del Real Conuento de Malaga. Preside el R. P. Fr. Juan Frasco


*Piedrahita Regente del Conuento de Cordoua.  
Sustenta el P. Fr. Alonso Romero.*

**MARTES 30.** Predica de el Doctor  
*Maximo de la Iglesia S. Geronimo el R. P. Fr.  
Juan del Castillo y Gadea Regente del Conuen-  
to de Granada. Preside el R. P. Fr. Francisco  
Lobillo y Bañuelos Lector de Prima, y Regen-  
te del Conuento de Ezija. Sustenta Fr. Joseph  
de S. Juan.*

**MIERCOLES 1. de Octubre** predica las  
*honras de los Illustrissimos señores Fundado-  
res desta nuestra Prouincia de Granada los Ca-  
ualleros Aguilares, y Ponces de Leon, el Reue-  
rendo Padre Fray Agustín de Leon y Hermo-  
silla Lector Jubilado. Preside el Reuerendo  
Padre Fr. Juan de Salas Lector de Prima del  
Real Conuento de Malaga. Sustenta Fr. Ge-  
ronimo Zamorano.*


Vtinam omnia foelicitèr.





do  
Ber. Heylar f.

En Granada



06

ROMANORVM

# CAESARVM

IVRA, LEGES REGVM,  
CANONESQVE PONTIFICVM IVRE  
modulantes, oracula viua, Lycurgi scientia, cle-  
gantia Tullij, atque prudentia Catones, Acade-  
miarum honores maximi, quorū regimine to-  
tus componitur Orbis, huius Regionis Princi-  
pes, nostri Hemispherij Proreges, qui ore  
Dauidico Dij estis, & filij excelsi  
omnes. *Ps. 81. n. 6.*

*NOBILITATIS SANGVINE  
INCLYTI, ILLVSTRISSIMI IMPERIALIS, AC  
Regia Cancellaria Granatensis Praeses, & Senatores  
Granissimi, ac Iudices integerrimi,*

MINIMORVM PROVINCIA  
Granatensis, pro Comitij Provincialibus cele-  
brandis congregata has Theologicas Theses in  
gratitudinis monumentum vestre Do-  
minationi dicat humilis, & pro-  
uoluta consecrat.

---

*Granata, Typographia Regia, apud Balthasaram de Biquibar,  
in vico de Abenamar. Anno 1659.*

*Maneret Deus indemnis sine possibilibus.*

(\*\*\*\*\*)

\* ASSERTVM I. \*

**S**OLVS Deus, qui per essentiam est existens, purus est actus, solusque ipse substantiæ suæ illimitatione infinitus, magnitudinis interminabilitate immensus, & incommutabili permanentia durationis suæ æternus est.

\* ASSERTVM II. \*

**S**I ens aliquod semper existens, alicui mutationi, aut potentialitati subiaceret, nõ esset propriè æternum, & si sempiternum diceretur: æternitas namq; est duratio interminabilis vitæ, tota simpli indivisibilitèr, & incommutabilèr existens.

\* ASSERTVM III. \*

**N**ihil omninò respectu Dei habet rationè præteriti, vel futuri: imò omnia creata, & creanda, quæ in mèsura propria temporis sint mutabilia, prout ab æternitate continentur, & mensurantur, simul ex æternitate, præsentialitate reali immutabilèr coexistunt.

\* ASSERTV M IV. \*

**T**Am indefinenter, & immutabiliter mensurantur temporalia aeternitate, quod in illa, neque incipiunt, neque desinunt, nec ipsis cōvenit ordo prioris, & posterioris, necdum inter causam, & effectum; imò neque Deus ipsa duratione aliqua propriè accepta antecedit.

\* ASSERTV M V. \*

**Q**uamvis Deus sit immensus, non propterea est in spatijs imaginarijs; verum si crastina die inciperent novorum locorum spatia, illa realiter, & actu impleret immensitas Dei, non quidem cras, aut hodie incipiendo impleret, sed ab aeterno indefinenter sine inceptioe impleret.

\* ASSERTV M VI. \*

**T**Am purus actus a se est Deus, vt in ipso repugnet cum fundamento intrinseco conceptus actus primi radicalis, aut proximi, bene verò congruunt ipsi actus primarij, & secundarij quilibet in se, & a se perfectissimè complet<sup>9</sup>.

\* ASSERTV M VII. \*

**P**rimarium actum, intellectionem nempe Diuinam, quasi metaphysicum adaequatū constitutivum dicimus esse naturæ Diuinæ, quatenus est cognitio quoad efficaciam perfectionū diuinarum, necessariorum, & quoad sufficientiā aliarum veritatum, etsi possibilium. AS-

\* ASSERTVM VIII. \*

**A**tributa pertinent ad lineam perfectionū  
secundariarum in Deo. Duo sunt tātum  
attributa propria, aliud generis volitui, aliud ge  
neris ad extra factiui; istud est omnipotentia, nō  
quoad efficaciam, sed quoad sufficientiam sum  
pta, sub qua ratione non connectitur cum pos  
sibilibus.

\* ASSERTVM IX. \*

**I**nvisibilis omnino, & simpliciter est De<sup>o</sup> oculo  
corporeo, in eleuabili vtique ad vidēdum  
Deum: visibilis verō oculo mētis, elevato tamē  
in patria lumine supernaturali gloriæ, quod esse  
duplex, non absque fundamento iudicamus.

\* ASSERTVM X. \*

**P**ræfatum gloriæ lumē, siue vnum, siue du  
plex, in supplebile est, adhuc de potentia  
absoluta per extrinsecum Dei specialiter assi  
stētis auxilium, iuxta cuius in super luminis inæqua  
litate intensivam, est enim tota ratio agendi,  
currit visionum inæqualitas.

\* ASSERTVM XI. \*

**N**on admittimus possibilē creaturā substā  
tialē, nec intellectū, cui connaturalis sit  
vltimo Dei intuitiva, aut lumen gloriæ cōnaturale  
sit, adhuc si darem<sup>9</sup> possibilē esse substantiā crea  
tam intellectualem supernaturalem.



3

\*    A S S E R T V M    X I I    \*

**S**i convicerer sequi opinionem cōmūnem,  
& iuxta illam admittere de facto species  
impressas intelligibiles ad contuenda obiecta  
creata, admitterem etiam illam de facto in bea-  
tis ad intuitionem Dei, & forsitan idcirco, quia  
ipse ex se summè intelligibilis est.

\*    A S S E R T V M    X I I I    \*

**D**abilis nō est cognitio clara quidditati  
Dei, vel perfectionis diuinæ in se, quæ sit  
abstractiua, & nō intuitiua; huius cōditionis est,  
que de facto datur in beatis, quāvis respectu ob-  
iecti indirecti abstractiua sit, est entitatiuè su-  
pernaturalis quoad omnes eius formalitates.

\*    A S S E R T V M    X I V    \*

**O**mnia, quæ sunt formalitèr in Deo, tam ex  
absolutis, quā ex relatiuis clarissimè in-  
tuetur beatus, ex quibus vnum sine alijs, nec diui-  
nitus poterit intueri. Nō cognoscit cunctas crea-  
turas possibles, dato tamen, quod illas cognos-  
ceret, non inde Dei comprehensio.

\*    A S S E R T V M    X V    \*

**S**ine vlla imperfectione perfectissimam sci-  
entiam habet Deus tam de se ipso, suisque ne-  
cessarijs perfectionibus, & veritatibus, quam de  
creatis. Cuius scientiæ primarium obiectum, est  
ens Diuinum in tota sua latitudine, creaturæ se-  
cundarium.

ASSERTVM XVI.

**D**Ei scientia adæquatè diuiditur, & sufficiè-  
tèr in scientiam simplicis intelligentiæ,  
& visionis; cumque ista sit rerum secundum esse  
actuale, illa autem secundum esse possibile, nul-  
lum assignabile restat obiectum scientificum  
pro alia distincta scientia.

ASSERTVM XVII.

**V**Niuerſa illa, ad quæ se extendit cuiuscum-  
que creaturæ facultas agendi, vel cogitã-  
di, etiam illa, quæ neque actu sunt, neque de fa-  
cto vnquam fient, qualitèr fierent, & qualitèr  
euenirent, datis quibuscumque conditionibus  
cognouit Deus ab æterno cognitione distincta,  
& infallibili, non scientifica, sed sapientiali.

ASSERTVM XVIII.

**R**Es in tempore futuras nobis cõtingentèr,  
& fallibiliter agnoscit Deus ab æterno  
infallibiliter, imò intuitiue per sciētiam visio-  
nis in ipsarum rerum præſentialitate reali, quam  
habent in æternitate: vnde talis cognitio nõ præ-  
ſcientiæ, sed scientiæ propriè rationem habet.

ASSERTVM XIX.

**S**Eipsum, & quidquid formalitèr diuinum  
est intra Deū amat Deus absolutè neces-  
sariò; non tamen sic obiectum creatū; quod si sit  
purè possibile, nec necessariò amat, nec liberè:

& si

& si in ordine ad esse, vel non esse, non suspendat<sup>4</sup>  
omnem suæ voluntatis actum.

\* ASSERTVM XX. \*

**P**erfectissima pollet Deus libertate, nihil enim extra se vult, aut operatur ex necessitate. Dato pro nunc, quod detur in Deo voluntas per modum actus primi, & principij, defendimus actum Dei liberum addere perfectionem realem distinctam formalitèr à necessario.

\* ASSERTVM XXI. \*

**L**iberè, sed non contingentèr Deus ab æterno prædestinavit quos voluit: at prædestinatio non transit in præteritum, sed consignificat nunc æternitatis, quamvis sapè quæ Deus æterno præsentis operatur, significantur verbo præteriti temporis.

\* ASSERTVM XXII. \*

**P**rædestinatio, quæ ab æterno est, non antecedit suum propriū effectum, Deus etenim quos ab æterno præsciuit, & ab æterno prædestinavit, simul etiam sub ordine sibi proprio prædestinationis, vocavit, iustificavit, & glorificavit.

\* ASSERTVM XXIII. \*

**I**dem numero effectus, qui sub ordine prædestinationis est infallibilitèr existens ab æterno, & contingentèr futurus in tempore; exindè

rely-

relucet suavis Dei dispositio, iuxta quã sine præ-  
motione physica, & scientia media, concor-  
dat infallibilitas prædestinationis cum libertate  
creata.

✱ ASSERTVM XXIV. ✱

**S**ine præuisione peccatorum neminem dam-  
nat Deus, sed non prius præsciuit, & postea  
damnauit, sed simul: neque vllum ad gehenam  
destinauit, antequam esset transgressor actu in  
tẽpore, & si destinatio sit ab æterno.

*Propugnabuntur à Patre Fr. Michaeli de  
Sylua in Almo Diua MARIÆ à Victo-  
ria Granatensi Cœnobio sub moderamine Pa-  
tris Fr. Ioannis à Parga Lectoris emeriti, ac  
Motritensis Conuentus Correctoris.*

*Luce Septembris.*

*Anno 1659.*



PIEN.

PIENTISSIMO

PAUPERVM

PATRI, AC PVPILO-  
RVVM PARENTI, PRVDENTIA, AC  
scientia prestantissimo viro, virtutum om-  
nium vniuersitati, sanguinis antiqua  
nobilitate clarissimo,

*COLLEGII MAIORIS PERAN-  
tiqui Salmaticensis Sancti Bartholomai Apo-  
stoli Clamyde Doctori insignito, Almeriensi  
primo, Abulensi secundo Episcopatibus merito  
condecorato, ac nunc demum Granatensis  
Archiepiscopatus dignitate grauissima  
nobilitato Principi,*

ILLVSTRISSIMO NEMPE D.D.

IOSEPHO DE ARGAIZ,  
MINIMORVM PROVINCIA

Granatensis pro Capitulari congressu adunata,  
in subiectionis demonstrationem hoc lite-  
riticum munusculum ad pedes ponit  
humilis, & offert grata.

B

Q.P.

Q. P. D.

*Utrum creatura possit creare?*

\* ASSERTVM I. \*

**F**IDE Catholica fateri tenemur in Sa-  
crofancto, ineffabilique Triados My-  
sterio vnitatem in Essentia, & Trinita-  
tem in Personis, vnā improductam,  
duasque procedentes, aliās aut inter se personæ  
non distinguerētur realitēr, aut distinguerentur  
diuersitate naturæ, quod apertē est contra hoc  
Mysterium.

\* ASSERTVM II. \*

**I**Nenarrabile hoc altissimum mysterium ita  
est intellectui difficile, & inexplicabile, vt  
non possit homo viribus naturæ huius funiculi  
inaccessibilis nodum soluere, neque eiudē pro-  
funditatem attingere; licet possit aliquam viri-  
bus naturæ habere cōiecturam de tali mysterio.

\* ASSERTVM III. \*

**S**Vpposita huius mysterij fide, ac reuelatione  
adhuc intellectus non potest deducere de  
illo

illo conclusionem euidentem. Attamen ita mē-  
tem illustrat, & roborat micatissimum fidei iu-  
bar, vt facile, & absque errandi periculo affirma-  
re possit, dari tale mysterium, vnicumq; Deum  
omnium factorem profiteri, ac vereri.

\* ASSERTVM IV. \*

**H**uius incomprehensibilis mysterij prima  
persona est improducta, quæ Patris no-  
mine, & primi principij perfectione fruitur. Pri-  
ma persona procedens, quia procedit per intel-  
lectum purissimum, est per se in quarto modo Fi-  
lius. Secunda ab vtraque procedens, quia proce-  
dit per voluntatem non est Filius, licet verificetur  
quod sit Deus.

\* ASSERTVM V. \*

**D**iuersas retinent appellationes hæ proces-  
siones: prima, quia perfectissima est in li-  
nea intelligibili, generationis nomen adipisci-  
tur: alia verò, quia per voluntatem, spirationem  
esse, omnes confitetur. In prima processione fun-  
datur paternitas, & filiatio, in secunda spiratio  
actiua, & passiuæ.

\* ASSERTVM VI. \*

**D**ari in diuinis quatuor relationes reales li-  
bentissimè fatemur, non tamē quatuor  
realiter distinctas: cum spiratio actiua paterni-

Q. P. D.

*Utrum creatura possit creare?*

\* ASSERTVM I. \*

**F**IDE Catholica fateri tenemur in Sa-  
cro sancto, ineffabilique Triados Mys-  
terio vnitatem in Essentia, & Trinita-  
tem in Personis, vnam improductam,  
duasque procedentes, alias aut inter se personæ  
non distinguerentur realitèr, aut distinguerentur  
diuersitate naturæ, quod apertè est contra hoc  
Mysterium.

\* ASSERTVM II. \*

**I**Nenarrabile hoc altissimum mysterium ita  
est intellectui difficile, & inexplicabile, vt  
non possit homo viribus naturæ huius funiculi  
inaccessibilis nodum soluere, neque eiusdè pro-  
funditatem attingere; licèt possit aliquam viri-  
bus naturæ habere cōiecturam de tali mysterio.

\* ASSERTVM III. \*

**S**Vpposita huius mysterij fide, ac reuelatione  
adhuc intellectus non potest deducere de  
illo



illo conclusionem euidentem. Attamen ita mē-  
tem illustrat, & roborat micātissimum fidei iu-  
bar, vt facile, & absque errandi periculo affirma-  
re possit, dari tale mysterium, vnicumq; Deum  
omnium factorem profiteri, ac vereri.

\* ASSERTVM IV. \*

**H**uius incomprehensibilis mysterij prima  
persona est improducta, quæ Patris no-  
mine, & primi principij perfectione fruitur. Pri-  
ma persona procedens, quia procedit per intel-  
lectum purissimum, est per se in quarto modo Fi-  
lius. Secunda ab vtraque procedens, quia procedit  
per voluntatem non est Filius, licet verificetur  
quòd sit Deus.

\* ASSERTVM V. \*

**D**iuersas retinent appellationes hæ proces-  
siones; prima, quia perfectissima est in li-  
nea intelligibili, generationis nomen adipisci-  
tur: alia verò, quia per voluntatem, spirationem  
esse, omnes confitetur. In prima processione fun-  
datur paternitas, & filiatio, in secunda spiratio  
actiua, & passiua.

\* ASSERTVM VI. \*

**D**ari in diuinis quatuor relationes reales li-  
bentissimè fatemur, non tamè quatuor  
realiter distinctas: cum spiratio actiua paterni-

tati, & filiationi formalitèr cōmunicetur. (*quolibet alia, quam excogitaueris, rationis erit.*)  
Tam potentia generatiua, quā spiratiua important in recto, non solum relationem, sed essentiam diuinam.

ASSERTVM VII.

**V**ariæ extorquent Authores sententiæ rimando, vtrum relationes diuinæ dicant aliquam perfectionem, prout virtualitèr distinctæ ab essentia: circa quod affirmamus, dicere perfectionē quamlibet simpliciter simplicem: vnde sicut si tres relationes concedimus realitèr distinctas, tres perfectiones etiam assignamus.

ASSERTVM VIII.

**Q**uamlibet personam diuinam suum constitutum, & distinctivum habere, ab omnibus conceditur. Diuersitas inter Authores stat circa eius assignationem, & quāuis pro qualibet parte sit probabilitas illius, certitudinem tantum agnoscimus pro parte constituyente vltimò, & quasi specificè personas per relationem secundum *ad* conceptum.

ASSERTVM IX.

**V**nica subsistentia relatiua cuiilibet debet personę cōuenire, ex quo deducimus, dari tres subsistentias relatiuas tribus personis diuinis

7

nis correspondentes, attamen præter has aliam  
admittimus, quam absolutâ vociferamur, quia  
essentia diuina, prout præintelligitur personis,  
subsistit, communisque est omnibus.

\* ASSERTVM X. \*

**S**ecunda persona Trinitatis Beatissime ( Filius  
scilicet ) Verbum substantiale est Patris,  
quod ex sua characteristicâ proprietate, vt Verbū  
est, petit procedere ex cognitione essentia diui-  
nae, attributorum, personarumque, omniū crea-  
turarum possibiliū, & nullatenus per se in quar-  
to modo ex futurarum, nec existentium creatu-  
rarum cognitione.

\* ASSERTVM XI. \*

**V**ltima denique persona ( Spiritus videlicet  
Sanctus ) à patre, & filio exigit per se in  
quarto modo procedere, qui non duo spiratores,  
sed vnus, non duo principia, sed vnicum per in-  
diuisibilem virtutem, & si à patre filio commu-  
nicatam per derivationem vnus in alium, indi-  
uisibili producant inspiratione.

\* ASSERTVM XII. \*

**S**piritus Sancti principium licet vnicum tā-  
tū sit, adhuc terminus illius, quia amor  
mutuus est, poscit ex sua ratione formalissima  
dualitatem personarum actiue se habētium, ta-

litèr, quòd si per impossibile vna ex his actiue se habentibus abisset, non daretur Spiritus Sàctus, qui modò est.

\* ASSERTVM XIII. \*

**I**N impossibili hypothèsi, qua Spiritus Sanctus à filio nec procederet, nec posset procedere, ab illo non distingueretur, iuxta illud commune axioma in Deo non datur distinctio, nisi detur relationis oppositio: Attamen si non procederet, sed posset procedere, ab illo discriminaretur: nã tunc esset oppositio radicalis, quę sufficit.

\* ASSERTVM XIV. \*

**I**Vxta illud in patre totus filius, & totus in Verbo pater asserere nobis licet, personas diuinas reciprocè esse in se ipsis per mirabilem, & super eminentem circuminsersionem, ita vt vnã persona sit in alia, non solum tota, sed totalitèr, non solum ratione essentiæ, sed etiam ratione proprietatis relatiuæ.

\* ASSERTVM XV. \*

**P**ER actionem creatiuam Deus ad extra se cõmunicauit vt vnus, quæ actio an sit cõmunicabilis creaturę, est plausibilis difficultas. Nos Angelici Præceptoris sententiã amplectētes, nec creaturã posse esse causã instrumentalẽ defensamus, sed arguēdi gratia posse etiã esse causam principalem, sustinemus.

AS-

ASSERTVM XVI.

**H**uius actionis creatiuae splendidior effectus scilicet Angelus in rerum natura existit nulla materia prima corporea, siue incorporea, sicut nulla eiusmodi forma ornatus: est enim ita in suo physico esse carentiam compositionis dicens, vt nullam istiusmodi materialē admittat societatem.

ASSERTVM XVII.

**I**n mundi exordio fuere hae substantiae spirituales in lucem editae simul cum vniuerso, non quidem ante illud, nec extra illud, in Coelo fortassis Impyreo, & in tres Hierarchias, & nouē Choros distributae. Suae creationis dono, nō gratia superaddita sunt prorsus incorruptibiles.

ASSERTVM XVIII.

**I**ntra eandem speciem plures spiritus Angelicos militare posse negamus. Illos solo numero multiplicari sub vnica specie non solum apparet repugnantiam comitari de potentia ordinaria, verum etiam asserre attento Dei posse, fatemur etiam.

ASSERTVM XIX.

**I**n loco improprie Angelus existit, collocaturque in illo proxime, & in actu primo per suam virtutis quantitatem, nam proprie esse in loco

loco suæ propriæ substantiæ viribus adipisci nõ potest, vt potè mollis quãtitate nullo modo inueniatur præditus esse.

\* ASSERTVM XX. \*

**L**ocus ab Angelo assumptibilis, alius naturalis, alius violentus; illum acquirit voluntarie, huic involuntariè alligatur, illum subordinat sibi, illi verò subordinatur; acquirit vbi equiuocè cum vbi prædicamentali conueniens, illudque ad operationem pertinet.

\* ASSERTVM XXI. \*

**R**atio formalissima existendi Angelo proximè, & in actu secundo suæ quantitatis virtutis est exercitium (scilicèt operatio intellectus applicata) hac immediatè locum tangit. Intellectus operatio est immanens, si perspicuè, & formalitèr ad illam attendatur, licèt de illa verificetur, quòd virtualitèr sit transiens.

\* ASSERTVM XXII. \*

**I**N loco indiuisibili, & in puncto se collocat Angelus, sed non in multis adæquatis. Mouet se continuè, & discretè, progressumque facit de vno loco in alium non trãscundo per medium; huius progressionis motus recipitur in Angelo quoad rectum, at quoad obiectum transit.

9

\* ASSERTVM XXIII. \*

**N**on indigere Angelos speciebus ab alijs rebus immixtis, plusquam receptum est in Diui Thomæ via, sed ipsi per species infusas ab ipsisque obtentas cæteros cognoscunt, suam locutionem quilibet ex illis alteri manifestat ex sola sui conceptus ordinatione in illum.

\* ASSERTVM XXIV. \*

**I**n primo creationis instanti Angelus peccare nequiuit, neque in illo esse beatus: in secundo verò instanti potuit in culpam labi, sicut de facto multi Angeli peccauere peccato non omissionis, nec commissionis, sed superbiae, mortali non veniali: plures vero in gratia habituali perseuerauerunt.

\* Q. P. R. XV. Assertum. \*

*Pro Comitibus Provincialibus iturus obuiam  
argumentis Frater Hieronymus Ruiz aderit  
sub tutamine R. P. Fr. Petride Soto Lectoris  
Emeriti. Die            mensis Septembris.  
An. Dñi. 1659.*








UNIVERSITY OF CALIFORNIA

LIBRARY



UNIVERSITY OF CALIFORNIA

10  
IMMOBILI FIDEI

FIRMAMENTO,

COLVMNAE FIRMAE,

QVÆ VEROS ISRAELITAS CLARISSIMA  
luce per campos veritatis illuminat, infidos verò  
igneis flammis iustè cruiat, nubi perlucidæ, quæ  
inter fidei caligines sine errore in columes sequen-  
tes se ducit, stellæ fixæ, quæ errantes in portum  
dirigit salutis, semper pulchræ, & sine defectu ple-  
næ lunæ, ignorantia noctis tenebras propul-  
santi placidissimæ Auroræ, indubiæ  
veritatis lapidi,

VNERABILISSIMO, INQVAM,

SACNTÆ INQVIGATIONIS

TRIBVNALI GRANATENSI, EIVSQVE

grauissimis dominis Inquisitoribus, in quibus to-  
tum sapientiæ, virtutis totum lucet, ac de-  
mum omnia nobilitatis stemmata  
splendent,

MINIMORVM PROVINCIA

GRANATENSIS CAPITVLVM PROVINCIALE

celebrans in reuerentiæ signum hos Theologicos

Clypeos cernua mittit, & sacrat.

C.

Q.P.

*In quo nostra beatitudinis essentia consistat.*

(\*\*\*\*\*)

CLYPEVS I.

**F**INIS In communi est cuius gratia omnia sunt. Eius diuisiones sunt variae: & principalior inter tantas, est diuisio finis in finem cuius, & in finem cui, taliterque participant rationem finis, vt debeant simpliciter connumerari inter veros fines.

CLYPEVS II.

**D**uiditur indè finis in finem proximum, & remotum; in finem operis, & in finem operantis, in finem principale, & in finem secundarium. Quæ diuisiones, sicuti & aliæ multæ, ex terminis sunt manifestæ, & sic in earum declaratione non immoramur.

CLYPEVS III.

**T**Alitèr finis in sua ratione essentiali imbibit rationem boni, quod essentialiter eam includat; licet formalitèr loquendo alia sit ratio finis, & alia ratio boni: cum hoc tamen stat, quod licet finis in se necessario includat rationem boni,

ni, tamen bonum non includat rationem finis.

\* CLYPEVS IV. \*

**E**st finis obiectum principale voluntatis, licet inadæquatum, & media sunt obiecta minus principalia. Tā finis quam media à voluntate amantur; cum hac tamen differentia, quod finis amatur à voluntate ratione sui, & media nō ratione sui, sed ratione finis.

\* CLYPEVS V. \*

**I**nter quatuor causas, tam origine, quam dignitate, causa finalis primum locum sibi vendicat; est enim vera causa realis distincta à qualibet alia. Bonitas est ratio cōstituens finem in actu primo cause finalis, & ad hoc præcisse requiritur quod bonitas sit cognita.

\* CLYPEVS VI. \*

**E**tiam si requiratur cognitio intellectiua, vt finis constituitur talis in actu primo, tamen non requiritur vt principium formale, sed solum vt conditio sine qua non, nam res quæ est, & denominatur finis & bona, est quæ secundum suum esse finalizat vt quod.

\* CLYPEVS VII. \*

**Q**uod finis exerceat veram causalitatem realem, in amorem quo voluntas in illum fertur, vel quod ratio formalissima cau

ſe finalis ſit poſita in motione tantum metapho-  
rica, pro amore, inquam, finis tantummodo, pro  
blematicè defendimus.

\* CLYPEVS VIII. \*

**R**epugnat, dari duos vltimos fines adæqua-  
tos in vnico actu, ſed voluntas neceſſario  
debet ſiſtere in aliquo vltimo, ſicut voluntas San-  
ctiſſimi Patris noſtri Franciſci de Paula ſemper ſi-  
ta fuit in vero vltimo fine, qualis eſt Deus, imo  
per ſuā charitatē in Deo manebat & Deus in eo.

\* CLYPEVS IX. \*

**F**ides docet, beatitudinem noſtram obiecti-  
uam nō in obiecto creato, ſed in obiecto in  
creato collocatam eſſe; beatitudo autem noſtra  
formalis eſt poſita non in illapſu Dei in animā,  
ſed in operatione potentie creatæ illuſtratæ lu-  
mine gloriæ.

\* CLYPEVS X. \*

**B**eatitudo noſtra formalis ex ſua ratione in-  
trinſeca eſt vitalis, qua propter petit proce-  
dere à potentia vitali, ſpirituali inquam (acerri-  
mè enim defendimus Deum videri non poſſe  
oculis corporeis) ſiue à voluntate, ſiue à intellectu.

\* CLYPEVS XI. \*

**S**i enim beatitudo formalis adæquata conſiſ-  
tat in actu ſolius intellectus, vel in actu ſo-  
lius

12  
lius voluntatis, semper fuit celeberrima difficul-  
tas, nos autem opinionem mediam eligimus, li-  
benterque sustinemus, in actu vtriusque poten-  
tię simul consistere.

\* CLYPEVS XII. \*

**E**X quo clarissime deducitur (quidquid cla-  
mitet communis opinio) beatitudinem  
formalem adęquatam esse positam essentialitę  
non in vna operatione, sed in pluribus, videlicę  
tam in operatione intellectus, quam in operatio-  
ne voluntatis, in actu, inquam, amicitię, & non  
concupiscentię.

\* CLYPEVS XIII. \*

**T**Anquam certum iudicamus, beatitudinę  
patrię de facto collocari in notitia intui-  
tiua diuinę essentię, & non in abstractiua, quę  
quidem notitia secundum se, & in sua entitate  
intrinseca est simplicissima absque aliqua com-  
plexione, vel compositione.

\* CLYPEVS XIV. \*

**T**alitę pertalem notitiam, seu visionem,  
remanet voluntas beati impedita ad non  
peccandum, quod de facto maneat impeccabi-  
lis, & hoc non ab extrinseco, sed ab intrinseco,  
ita vt ex vi visionis reddatur hęc impeccabilitas  
infallibiliter in illa.

\* CLYPEVS XV. \*

**N**on quouis modo remanet voluntas beati impecabilis ab intrinseco, sed talitèr quòd excludat non solum peccatum actuale, & originale, sed habituale. Non solum est visio impeditiua peccati de nouo committèdi, sed vt forma sanctificans tollit præteritum.

\* CLYPEVS XVI. \*

**B**eatitudo ex se, & ab intrinseco petit perpetuitatē tā ex essentiali prædicato assecutionis vltimi finis, quā ex ratione visionis Dei, quæ quidē perpetuitas à Deo potest impediri per suspensionē cōkursus, sicut alia quælibet res creata.

\* CLYPEVS XVII. \*

**V**isio beatifica, seu beatitudo est incorruptibilis simpliciter, & ex natura sua (æqualiter obtinet perpetuitatē, & incorruptibilitatē) quia non dicit capacitatem, & habitudinem ad causam corruptentem corruptione propriè dicta, id est distincta ab annihilatione.

\* CLYPEVS XVIII. \*

**I**n beatitudine clara, & intuitiua Dei voluntas necessariò mouetur, etiam quoad exercitium ad amandum Deum, nec diuerti potest vilo modo ab illa dilectione, nec cessare nequit, remanet ergo necessitata volūtas etiā quoad exercitium.

CLY-



13

\* CLYPEVS XIX. \*

**A**D bonitatē, & malitiam actūū humanorū, vel ad hoc vt sint actus morales, requiritur libertas non solū in ipsa potentia, sed etiā in ipso actu, talitēr quod actus sit liber; cū hoc cōponitur, quod libertas non se habeat vt genus moralitatis, sed vt quid pręrequisitum.

\* CLYPEVS XX. \*

**B**onitas moralis formalitēr, vt se tenet ex parte actus elicitī, cōsistit in ordine, seu habitudine intrinseca ad obiectum vt conforme regulis rationis, cum collectione omnium eorum quę ad perfectionem actus in linea morali requiruntur vt necessaria.

\* CLYPEVS XXI. \*

**I**n eādēmet linea morali differentia constitutiua actus mali, quatenus à bono actu con-  
diuiditur, non est priuatio rectitudinis debitę, sed tendentia positīua ad obiectum disonum legi, talitēr quod positīuum constituat actū malū.

\* CLYPEVS XXII. \*

**A**ctus moralis internus vel est bonus, vel malus, non potest enim esse bonus, & malus simul, quantum vis hoc proueniat ab aliqua circumstantia: circumstantia enim mutat actum de bono in malū: malus actus est qui ex circumstantia est malus.

D CLY-

\* CLYPEVS XXIII. \*


**I**dem actus non potest habere duplicem speciem bonitatis, aut malitiæ ex duplici obiecto formali, æquè primò adæquatò, & diuerso, bene tamen si vtrumque inadæquatè se habeat, etiã in actu interno, tunc possibilis est actus qui habeat duplicem speciem.

\* CLYPEVS XXIV. \*

**L**icet sit possibilis species actus indifferētis, seu actus indifferens in specie, non tamen est possibilis vllò modo actus indifferēs in indiuiduo: necesse est enim, quòd omnis actus humanus, si exercetur in indiuiduo modo libero, sit bonus, vel malus.



❁ Q. P. Satisfacit Clypeus 11. ❁




*Propugnabit in Conuētū Granatensī pro Comitibus Prouincialibus Fr. Frācisus Pacheco sub prasidio R. P. Fr. Michaelis de Fuentes, Iublati Lectoris, Diffinitoris Prouincia, & Correctoris Astigitani Conuentus. Dis. Sep-tembris. Anno Domini 1659.*

*Vesperè.*



Licentiat. P. G. Gubierrez

G. G. G. G.



PVLCHERRIMÆ

19

# APOCALYP- SIACÆ MVLIERI.

TOT VIRTVTIBVS, AC SOL ATOMIS,  
Luna punctis, ac stellæ radijs, fulgentissimæ, nū-  
quam rubei draconis obnubilatæ fumo, semper  
Petri rupe bene fundatæ domui, sacris splendo-  
ribus aureis Dei Filio ornatissimæ sponsæ,  
descendenti de celo ciuitati  
nouę

*(IAM DIXI)*

SANCTÆ METROPOLITANÆ, ATQVE  
Archiepiscopali Ecclesiæ Granatensi, ac eius illustrissimo  
Capitolo, scilicet dominis Decano, Dignitatibus, Canoni-  
cis, ac Rationarijs, in quorum decorem totum natura  
fudit, scientia, ac nobilitas generis  
cumularunt,

MINIMORVM PROVINCIA GRANATENSIS  
pro electione Prouincialis sui præsulis aduata has  
theologicas conclusiones in animi sui demis-  
sionem grata defert, & humilis  
offert.

E 3

C. P.

C. P. D.

*Utrum authoritas Ecclesia sit ratio motiua  
Christiana nostra Fidei?*

(\*\*\*\*\*)



I. CONCLUSIO



**D**IVINA, Ac Christiana Fides inter theologicas virtutes origine prior, Deum Optimum Maximum pro materiali potissimo obiecto sibi vēdicat; extra Deum verò quidquid ab ipso obscure reuelabile est, siue supernaturalis, siue naturalis ordinis existat.



II. CONCLUSIO



**F**idem infusam esse habitum, & qualitatem negare, est iam in hoc tempore temerariū, non autem hæreticum, aut erroneum: cum nec sit ab Ecclesia definitum, nec immediatè inferatur per discursum logicum ex vna propositione de fide & altera naturali.



III. CONCLUSIO



**H**abitus fidei supernaturalis quoad substantiam est, intellectum, vt subiectum proprium,

20

prium, sibi postulans: siquidem ei succedit clara  
Dei visio ad intellectū spectās iuxta illud Aposto-  
toli *Videmus nunc per speculum in enigmate,*  
*tunc autem facie ad faciem.*

\* IV. CONCLUSIO \*

**F**ides, ut potē virtus theologica, habet pro for-  
mali motiuo, & ratione *quæ* inductiuā ad  
credendum Deum ipsum non sub explicita ra-  
tione primæ veritatis in essendo, sed sub concep-  
tu veritatis primæ in dicendo, quæ essentialiter  
saluatur in sola sapientia Dei reuelantis.

\* V. CONCLUSIO \*

**C**um prædicta primæ veritatis reuelatio no-  
bis, qui ordinario modo credimus, imme-  
diatē non fiat, aliquo medio illam nobis infalli-  
biliter applicante necessario indigemus: hoc au-  
tem est autoritas Ecclesiæ, quæ tanquam con-  
ditio solum concurrit, & non tanquam formale  
motiuum.

\* VI. CONCLUSIO. \*

**Q**uamuis fides nostra, quatenus catholica  
postulet inniti reuelationi factæ a tota  
Ecclesia, vel eius capite, omnibus or-  
thodoxis: non ideō priuatis reuelationibus im-  
mediatē à Deo factis implicat assentiri ex eadem  
essentialiter fide infusa, accidentaliter solum  
diuersa.

VII.

\* VII. CONCLUSIO. \*

**D** eum, siuè immediatè per se ipsum, siuè per ministros, esse auctorem mendacij, ab intrinseco repugnat: hinc fidei eius testimonio innitenti subesse falsum implicat etiam de potentia absoluta, sicut & ipsum fidei habitum ad falsitatem inclinare.

\* VIII. CONCLUSIO. \*

**A** ctum positivum voluntatis, quo intellectus ad credendum inclinetur, necessariū ducimus: cum propositis quibusvis motiuis credulitatis, & stante illorum cognitione, adhuc intellectus ad assensum fidei eliciendum indeterminatus remaneat.

\* IX. CONCLUSIO \*

**I** ta intrinseca est actui fidei obscuritas, ut cum illo repugnet omnis actus euidēs de eodem obiecto materiali; non sic cum assensu fidei assensus Theologicus de eadem propositione; at nec habitus fidei cum habitu scientiæ in eodemmet intellectu compatitur.

\* X. CONCLUSIO. \*

**T** alitèr actus fidei internus omnibus adultis est ad salutem necessarius, ut nullus sine illo, saltem de lege ordinaria, iustificari poterit: vnde in illis fides re ipsa necessaria est, in omni

ni



21  
ni euentu, ita vt non fit admittenda exceptio, in qua fides in voto fufficiat.

\* XI. CONCLUSIO. \*

**T**ametfi fides interna fit ad salutem neceffaria neceffitate medijs, confeffio fidei externa ad eãdem salutem credentium folùm exigitur neceffitate præcepti; quod non obligat pro femper, fed quando, vel ad Dei honorem, vel ad proximi vtilitatem postulatur.

\* XII. CONCLUSIO. \*

**N**equè ad mortem quidem vitandam licitum eft alicui negare externa voce, fe efle Chrifianum; ficut nec tacere cum de fua fide interrogatur in ipfius odium, à quocumque fiat interrogatio: cum per tale filentium defraudetur Deus debito honore.

\* XIII. CONCLUSIO. \*

**E**xiftentia Ecclefiæ vifibilis, quæ militans vocatur, extra omnem eft inter catholicos controuerfiam; congregatio nempe fidelium interna fide coniuñtorum, illamque exterius confitentium; præcipua tamen Ecclefiæ ratio in membrorum interna fide faluatur.

\* XIV. CONCLUSIO. \*

**C**aput etiam vifibile huius Ecclefiæ in terris exiftere, dogma eft fidei, ficut illud efle quælibet

libet legitimum Petri successorē; vnde immediatē de fide quoad nos, Alexandrum Septimum, nunc summum Pontificem, esse legitimū Christi in terris Vicarium.

\* XV. CONCLUSIO. \*

**N**on sic tamē est de fide, hanc numero hostiam esse ritē consecratam, nec sub his numero speciebus Christi Domini Corpus contineri; quin ex hoc inferatur, hanc numero hostiam esse sub conditione adorandam, sed absolute & simpliciter

\* XVI. CONCLUSIO \*

**H**abitus virtutis spei residens proculdubio in voluntate, tanquam in proprio subiecto, innitur fidei tanquam fundamento: vnde ordine generationis secundum occupat locum inter theologicas virtutes, à quibus realitēr & essentialitēr discriminatur.

\* XVII. CONCLUSIO \*

**E**ius obiectū formale est ipse Deus in quantum bonum nostrum in ratione beantis obiectiuē, cum quo stat, quod eius consecutio, quæ est nostra formalis beatitudo, etiam ad spei formale obiectum spectet, ille *vt quod*, hæc tanquam *quo*.

XVIII. CONCLUSIO

**M**ateriale obiectum nostræ spei theologice non est solùm Deus, sed etiam quidquid ad Deum, vt bonum nostrum est aliqua ratione ordinabile: vnde beatitudo corporis, auxilia gratiæ, & quidquid ad beatitudinis adeptionem conducit, spem terminat.

XIX. CONCLUSIO

**P**ræcipuus huius virtutis actus est ille, quo animo erecto, & constanti absolutè, & efficitè volumus, practicequè intendimus beatitudinis affectionē. In beatis nulla manet spes, cum per possessionem illius felicissimi boni antea desiderati omnino euacuetur.

XX. CONCLUSIO

**V**t aliquid sit obiectum spei theologice debet in se possibilitatem practicam continere; quare vt vero eius actu nostram possimus felicitatem sperare, opus est in nobis iudicium certū de talis boni futuritione; hinc à damnatis, & existentibus in limbo spem relegamus.

XXI. CONCLUSIO

**E**t si in parvulis infundatur simul habitus fidei, spei, & charitatis; tamen in adultis nequit spes infundi sine fide, bene autem sine charitate, à cuius consortio separata spes essentialem

rationem virtutis non deperdit, quamuis amit-  
tat statum.

\* XXII. CONCLUSIO \*

**I**N Christo D. & in beatis proprius est actus  
spei circa gloriam corporis, quin ad illum sit  
necessarius habitus spei; cū iā supponatur deuote  
arduitas circa obiectū primarium, nēpè anime  
beatitudinē, ratione cuius constituitur habitus.

\* XXIII. CONCLUSIO. \*

**I**Vxta leges nature, & communis prouidentie  
ordinem, nullum potest Deus per reuelatio-  
nem absolutam de sua damnatione certum face-  
re, qui teneatur credere; poterit tamē hoc presta-  
re, si plenitudine sue vtatur absolute potestatis.


\* XXIV. CONCLUSIO. \*

**T**Ali autē reuelatione facta, & eius perseue-  
rante notitia, præcepto sperandi beatitu-  
dinē nō teneretur infelix ille, nec posset actū spei  
circa vitā æternā elicere; imō licitè posset beatitu-  
dinē nolle positiuè, & de ei<sup>9</sup> affecutione desperare

( \* \* \* \* \* )


\* Q. P. R. CONCLUSIO V. \*

*Propugnabuntur in Almo Beata Virginis Marie de Victoria Gra-  
natenſi Comentu à Fr. Franciſco de Oſuna, ſub præſidio R. Patriæ  
Fratriſ Andree Garcia Leſtoris Iubilati, & in Regali Deipare Vi-  
ſitricis Malacitanoſtudiorum Regentis pro Comitijſ Prouin-  
cialibus. Die  
menſis Septembris. Anno 1659.  
Veſpere.*



F. Heylan. scul

psit Granate.



TOTIVS ORBIS

14

# IN VIDIÆ.

NATURA, ET SORTE  
SOLI VRBI CORONATÆ, AB ASTRIS  
cœlestibus fauorabilius aspectæ, cui Elysi cā-  
pi florescūt, Dei voluptaris paradyso, vtpotē ad-  
mirabili Religione, ac pietate præcellenti, mag-  
nanimitate, politica, ostentatione lucidissima  
inter omnes primæ, cui Mars, & Minerua fauēt,  
exterorum amantissimæ matri, cuius res  
magnę nunquam laudatæ satis, sed  
admiratæ nimis,

*IAM INTELEXISTIS,*

CIVITATI GRANATENSI REGALIS-  
simæ, semper Auguste, eiusque dominis Prætori,  
& Consulibus, ac Mecænatibus sanguinis nobi-  
litate, ac prudentia per illustribus, naturæ  
dotibus non secundis

MINIMORVM GRANATENSIS  
Prouincia pro electione Prouinciali vnanimis  
Has Theologicas Conclusiones gratitudinis  
ergo dicat, & consecrat.

D 2

Q. P.

Q. P. D.

*An superior precipiens leuia possit obligare  
subditos sub onere culpa lethalis.*

(\*\*\*\*\*)

CONCLUSIO I.

**P**ECCATI definitio ab Augustino tra-  
dita (*Dictum, factum, vel concu-  
pitum contra legem aeternam*) opti-  
ma est; dummodò intelligatur pro-  
priè ad commissionem, reductiuè autem ad  
omissionem pertinere. Quodcumque peccatū  
ita legem, cui natura rationalis in operando cō-  
formari debet, requirit, vt ablata lege nullum  
possit esse peccatum.

CONCLUSIO II.

**C**ommissionis peccatum non in priuatiuo  
aliquo, siue negatiuo, neque in relatio-  
ne rationis, vel in aliqua extrinseca denomina-  
tione cōsistit, sed in tendētia, & ordine positiuo  
ad obiectum dissonum legi: cum hoc tamen  
stat, quòd in eiusmodi peccato sit vera, & stricta  
ratio priuationis rectitudinis, debito moralita-  
tis, tali actui debitæ inesse.

CON-



\* CONCLUSIO III. \*

**O**missionis peccatum in actus præcepti priuatione formalissimè situm est, quam & si sæpè sæpius comitetur aliquis actus, qui illius sit occasio, vel causa; tamen ita solummodò ad sui constitutionem actus debiti carentiam requirit, vt tam physicè quàm moralitèr possibile sit absque omni profus actu in voluntate reperiri.

\* CONCLUSIO IV. \*

**M**alitiã peccati aliquod genus infinitatis induere, non est dubium, quatenus personæ offensæ dignitate crescente offensam augeri, & peccatis Deum infinitiès infinitum offendi verissimum sit: infinitas autem ista nullo modo absoluta, aut intrinseca, sed secundum quid, & extrinseca est; & hoc tam in veniali quàm in peccato mortali invenitur.

\* CONCLUSIO V. \*

**I**ta ergò à bonitate Diuina, quod sit causa peccati, alienissimum est, vt licet concursu simultaneo in actum, qui peccatum est, vt causa vniuersalis influere debeat, ad ipsum autem neque pro formali peccati, neque pro materiali, vt talè est, concurrere potest: imò etiam si ad talem actũ physicè præmoueret, nequè hinc esset causa peccati.

\* CONCLUSIO VI. \*

**A**ctu peccati transacto macula quædam in anima remanet, quæ peccatum habituale vocatur. Hæc autem non est formalitèr carentia gratiæ sanctificantis, sed ipsummet actuale peccatum moralitèr perseuerans, quatenus nec satisfactione condigna retractatum, nec per Diuinam condonationem remissum animam peccatoris lethifera labe commaculat.

\* CONCLUSIO VII. \*

**P**eccatum originale in posteros Adæ via generationis transfusum ex eo capite ipsis est voluntarium, quatenus Deus in illo, vt in capite, posterorū voluntates constituit, vt in quantum ad præcepti obseruantiam, vel violationem attinet, quidquid primus Parens efficeret, & ipsi voluisse censerentur: est itaque nobis, non physicè, sed moralitèr voluntarium.

\* CONCLUSIO VIII. \*

**H**oc virus, quod totum genus humanum peruasit (*Cum de peccatis agitur de Sãta Virgine Maria propter honorem Domini nullam prorsus habere volo quæstionem, verba sunt Augustini*) nec posteri Adæ, si qui ante peccatum gignerentur, neque aliqui, si non ordine naturalis generationis producerentur, incurrerent:

rent: sed neque si Heua peccaret, Adamo nō peccante, non fuisset originale peccatum.

\* CONCLUSIO IX. \*

**N** Vllum est inconueniens pro aliquo instā-  
ti peccatum originale cum solo veniali  
reperiri, tamen ad Dei providentiam. spectat,  
quod talia habens peccata non moriatur, donec  
vel remissionem originalis peccati sit consecu-  
tus, vel permissus sit cadere in lethale peccatum,  
vt sic in aliquod ex his, quæ pro adulatorum ani-  
mis receptacula condita sunt, ingredi valeat.

\* CONCLUSIO X. \*

**L** Ex est mensura, norma, seu regula, secun-  
dum quam aliquis ad agendum induci-  
tur, aut ab agendo retrahitur, hæc licet actum  
intellectus in legislarore supponat, non tamen  
in ipso formaliter, sed in voluntatis actu consis-  
tit, de cuius ratione est, quod sit iusta, & ad com-  
mune bonum spectans, ad distinctionem priui-  
legij, quod bonum priuatum tantummodò res-  
picit.

\* CONCLUSIO XI. \*

**S** Vpremus legislator est Deus, in quo duplex  
genus legis æternæ potest considerari. Alia  
est lex æterna physica, alia lex æterna moralis.  
Lex æterna physica est liberum Dei decretum,  
quo

quo efficaciter omnia futura, siue necessaria, siue libera prædistinguit, cuius imperium nulla potest subterfugere creaturà: nam quomodocumque operetur, efficaci Diuino decreto respondet.

\* CONCLUSIO XII. \*

**L**Ex æterna moralis est decretum Dei liberum circa creaturas intellectuales gubernandas cum intentione obligandi conscientias. Hinc lex moralis, quæ dicitur naturalis, libera est & potuit non ferri; sicut & lata potest diuinitus abrogari: imò & Deus potuit creaturas rationales condere ex leges, & nulli præcepto morali aliquo obligatas.

\* CONCLUSIO XIII. \*

**P**ræcepta omnia Decalogi per Dei absolutam potentiam dispensabilia sunt. In prima tabula, si eius præcepta positiuè sumantur, permissiuè saltè potest Deus dispensare: tota autè secunda tabula, non solùm permissiuè, hoc est, cõcedendo ne aliquis illi obediat; sed etiam contradictoriè, & contrariè, contrarium siue contradictorium iubendo, dispensabilis est.

\* CONCLUSIO XIV. \*

**D**ari in Ecclesia potestatem cõdendi leges, quibus obligentur fideles, fidelibus omnibus dubium esse nõ potest. An leges Põtificiæ,

ad

17

ad sui obseruantia inducenda indigeant accep-  
tatione subditorum, sub lite est: probabilior nega-  
tiua sententia videtur, cum Pōtifex non à popu-  
lis, sicut principes sæculares, sed immediatè à  
Deo acceperit authoritatem.

\* CONCLUSIO XV. \*

**E**X legibus humanis alię sunt merè morales,  
alię merè pœnales, alię mixtę. Primū ge-  
nus consciētias obligat, non tamē transgressorib⁹  
pœnas decernit. Secundum transgressorib⁹  
pœnas indicit, nullā autem in foro interiori obli-  
gationē inducit. Tertiū denique vtrumque cō-  
iungit; nam sub onere culpę, & sub onere pœnę  
sui præcipit obseruantiam.

\* CONCLUSIO XVI. \*

**N**on est in voluntate superiorum, etiā eo-  
rum, quibus ex voto obedire tenemur,  
omnia & quęcumque, etiā in regula, quā pro-  
fitemur, contenta sub onere lethalis culpę præ-  
cipere; quęcumque enim in virtute obedien-  
tię formalis leuia præcipiāt, non indē, si præcep-  
ta huiusmodi non seruentur, culpa mortalis, sed  
solummodò venialis committitur.

\* CONCLUSIO XVII. \*

**A**Vxilia Diuinę gratię excitātis, quę in no-  
bis sine nobis fieri dicūtur, illustrationes  
E & inf-

& inspirationes sunt supernaturales, quas Deus intellectibus, siue volūtatibus nostris immittit. Huiusmodi actus non à solo Deo nostris potentijs se merè passiuè habētibus, sed ipsis etiam effectiuè concurrentibus producuntur. Sed non fieri à nobis, sed à Deo solo, non repugnat.

\* CONCLUSIO XVIII. \*

**D**Vplex Diuinorum auxiliorum cognoscitur differentia: aliud sufficiens, efficax aliud. Sufficiens non habet secum infallibilitèr operationem, ad quam mouet, adiunctam: imo certissimū est cum auxilio merè sufficienti nunquam ponendam in re: illam autè infallibilitèr auxilium efficax infert, & hoc posito liberè quidem, sed indubiè operatio futura est.

\* CONCLUSIO XIX. \*

**V**ndè autem hoc discrimen inter vnum, & aliud auxilium confurgat, inter Doctores non constat. Alij ad sciētiam mediam recurrunt, & indè efficax euadere dicunt, quia datur homini, quando scit Deus, vocationi consensurum. Sed quidem, nullā huius sciētiae ratione habita, ab efficaci decreto suam efficaciam tale desumit auxilium.

\* CONCLUSIO XX. \*

**G**ratia sanctificans, naturæ Diuinæ participatio,

10  
tio, per quā Dei efficiamur filij adoptiui, & eiusdem naturæ (vt ait Princeps Apostolorū) cōsortes reddimur, habitus est supernaturalis: nō enim per nō imputationē de statu peccati ad statū gratiæ reducitur homo, sed per verā, realē, & physicam qualitatem intrinsecē inhærentē in anima.

\* CONCLUSIO XXI. \*

**S**ed quidem, Diuina absoluta potentia spectata, non implicat peccati remissio per solam ipsius Dei condonationem extrinsecam absque gratiæ infusione. Imò & potest Deus hominem ad suam amicitiam acceptare absque aliquo intrinsecō dono in ipso producto, & absque quacumque in peccatore mutatione physica facta, sed solum morali.

\* CONCLUSIO XXII. \*

**S**ola fide hominē iustificari, hereticum est; at gratiā ex triplici virtutum theologiarum habitu coalescere, probabile. Actus contritionis vltima ad gratiam est dispositio, proindeque non ab ipsa gratia effectiue procedit: imò neque talitèr ab ipsa produci, etiam Diuina absoluta intercedēte potētia possibile, iudicamus.

\* CONCLUSIO XXIII. \*

**P**eccatum cum gratia (detur inter illa oppositio moralis, seu physica) de lege com-

muni, etiam pro vnico instanti, in eodem subie-  
cto reperiri non potest: Diuina autem potentia  
absoluta huiusmodi legibus hanc naturalitèr in-  
dirimibilem litem componere potest. & homi-  
ni, quantumcumquè lethalibus infecto pecca-  
tis, Diuinam gratiam infundere.

\* CONCLUSIO XXIV. \*


**A**D meritum aeternæ beatitudinis de con-  
digno habitualis gratia, vt principium  
merendi requiritur, pactumque Dei decernentis  
bonis operibus tale præmium, insuperquè quod  
merens sit in statu viæ: sed hoc vltimum per Di-  
uinam potentiam dispensabile est; possentquè  
beati, in amissibilitate sui status non obstante,  
sua beatitudinis augmentum mereri.

Q. P. R. Conclusio 16.

*Defenduntur pro Comitijjs Provincialibus in  
Almo D. Maria de la Victoria Granatensi  
Conuentu à P. Fr. Ildephonso de Pedraza sub  
presidio R. P. Fr. Gasparis Collado, Lectoris  
emeriti ac, Cœnobij Cordubensis Correctoris.*

*Die Septembris. A. 1659. Vespere.*






L. 9. P. 27.

Gutiérrez

f. a

Granada



23  
PRÆ CLARISSIMO HEROI,

QUEM PRINCIPEM  
NATURA GENVIT, COELORVM  
astra felicitant, cui Mars valorem tribuit, vires  
honores dederūt, valor præmia contulit, famam  
militia indidit, fortuna, & industria totū, illi de-  
mum, qui omnia magna, si non à maioribus ac-  
quisisset, valeret per se comparasse, vt potē  
qui omnia meretur

(IAM AGNOSCES)

EXCELLENTISSIMO D. D.


GASPARI PHILIPPEZ

DE GVZMAN, DVCI DE MEDINA LA MAIOR,  
Marchioni de Leganés, & Morata, Domino villar de Palomares,  
Villar del Aguila, Valverde, Villar del Rey, Belilla, &  
Baciamadrid, Maioris commende Leonis Diui Iacobi  
coccineo lacerto insignito, ac demum coram  
Rege Magno

MINIMORVM PROVINCIA GRANATENSIS  
pro Cœtu Provinciali celebrando congregata in grati-  
tudinis manifestationem hos theologicos Flores  
dicat, & offert humilis.

Q. P. D.

*An in voto solemnī Religionis à Monacho  
emisso possit Summus Pontifex dispensare?  
R. negativè.*



F L O S I.



VM sit de ratione Theologicę virtutis tendere immediate modo supernaturali circa Deum, tanquam obiectum formale, necnon circa eundem tanquam obiectum materiale primarium, charitas, cui hec cōpetunt, strictè Theologica virtus erit.

F L O S II.

ET licet non increatum aliquid sit, sed creatum quid inherens iustis, diffusumque in cordibus eorum: tamen si inspecto absoluto posse nostra voluntas valeat denominari formaliter amans per ipsum increatum amorem, est in quo nititur difficultas; sed non posse ita contingere, vt consonum D. Thomę doctrinę aditruimus.

F L O S III.

CHARITAS simpliciter perfectior est quacumque substantiã creata, vel creabili, & cui-

cum-

cumque creaturæ rationali indebita: tamen non æqualis perfectionis est cum lumine gloriæ, nec cum habituali gratia, imò potius hæc illam simpliciter superant.

\* F L O S I V . \*

**C**haritas dicitur, & est forma cæterarū virtutum; non ideò quia illas physicè, & per unionem intrinsecam informat, aut ex ipsa aliquis eis deriuetur modus; sed quia per propriam, & moralem informationem dat eis statum meriti.

\* F L O S V . \*

**F**ormale obiectum charitatis est omne bonum Diuinū copulatè, & sigillatim sumptum: quapropter amor Dei propter naturam, attributum, aut relationem est charitatis actus, siue hæc obiecta amètur simul, siue vnū absq; alio.

\* F L O S V I . \*

**E**s sentia amicitiaæ adæquatè in solo amore reciproco consistit, cuius cognitio non est necessaria ad illius esse, sed ad vsum perfectū eiusdem; aliter tamen sentiendum est de amicitia ciuili, quæ nulla est, si omninò lateat.

\* F L O S V I I . \*

**D**eus ratione vinculi charitatis in it exactā amicitiam, quā excellentiæ vocant, nobis-

biscum, estque nobis beneuolus, aurum sui amoris increati effundens supernos, vt illud nostra charitate creata rependamus.

FLOS VIII.

**Q**uamuis eodē actu Deus se ipsum, & creaturas amet propter se, non ideo amicitia inter Deū, & creaturas excludere debemus, cum eodem actu, & propter ipsum, & propter ipsas ipsas creaturas diligat, & ipsę diligibiles sint propter se.

FLOS IX.

**V**oluntas nostra indiget ad Deum supernaturalē amandum habitu charitatis creato, proportionante ipsā; qui est tota virtus proxima agendi (licet voluntas concurrat vt principium vitale, & influens) quod etiā de absoluto Dei posse suppleri nequit.

FLOS X.

**A**ctus charitatis, quo homo extra Sacramentum potest iustificari, estque vltima dispositio ad gratiā recipiendā, nō ab auxilio extrinseco, sed ab habitu charitatis (qui realitēr distinguitur ab habitu gratiæ iustificantis) prouenit.

FLOS XI.

**C**haritatem nostris operibus augeri indubitabile est, tamen illius intensio non in additio-

25

ditione partis ad partem præexistentē consistit, neq; in corruptione præexistētis, & alteri<sup>9</sup> production, sed in maiori radicatione in subiecto.

\* F L O S XII. \*

**C**haritas cuiuscūque peccato lethali opponitur talitèr, vt de lege ordinaria vnum, & alterum simul in eodem subiecto cōpati repugnet; & si ad absolutam Dei potentiam recurras eandem oppositionem, & repugnantiam inuenies.

\* F L O S XIII. \*

**N**on cadit sub dubio, poss. Deum habitum charitatis diminuerè, sicut & totalitèr ipsum destruere: sed quòd per peccata venialia, etiā si infinita sine cathegorematicè sint, aliquo modo minuatür charitas, mihi inintelligibile est, cum ab vltimo fine non auertant.

\* F L O S XIV. \*

**F**orma largiens iustis formalitèr filiationem adoptiuam Dei, actū contritionis, aut aliā a gratia habituali distinctam formam non concedimus; at si per possibile, vel impossibile (argumentationis gratia) daremus habitum charitatis adæquatè esse formam iustificatiuā, minimè effectum filiationis adoptiuę tribueret.

G FLOS

F L O S X V .

**T**enetur homo ex charitate in rebus spiri-  
tualibus plus se ipsum diligere, quam pro-  
ximum, Deum autem plusquam se ipsum, spiri-  
tus verò Angelici eodem præcepto à nobis sunt  
diligendi, quorum honorem Deus Optimus præ-  
cipit, quia nobis imperant.

F L O S X V I .

**N**equit esse desiderium Dei actus charitatis,  
cum sit eiusdem amor secundum se: imò  
non solum actu charitatis, verum etiã neque actu  
spei propriè Deus desiderari potest, cum nullus  
actus de obiecto cognito, vt existente, possit esse  
eius desiderium.

F L O S X V I I .

**E**x charitate tenemur inimicos diligere, &  
ipsis omnia ea præstare, quæ alijs, si nõ esset  
inimici: nõ tamen salutatio ipsis debetur, ex eo  
quòd ista non est cõmunis cuilibet; alitè verò de  
duobus religiosis eiusdẽ ordinis sentiendum est.

F L O S X V I I I .

**Q**ui aliquem læsit iniustè, sine dubio veniã  
tenetur petere, & qui se externè ostendit  
iniurium, necesse est, vt externè restitua-  
tur ad æqualitatem cum proximo, & à satisfac-  
tione hac nullum excuso, nisi per accidens, si for-



te exponeretur furoris periculo, vel iniuriæ, aut longe distarent.

\* F L O S XIX. \*

**C**um cuiusque liceat per vim repellere vim, cuiusque etiã licebit, se ipsum defendere cum aggressionis occisione: quãuis aggressus causam culpabilem dederit aggressori, quia adhuc ille ius defendendi suã vitã obtinet.

\* F L O S XX. \*

**E**cclésiastici, qui ex patrimonio possunt vivere, illud possunt conseruare, vt dent cõsanguineis, illosque ditare, non aliter ac si clerici non essent, & ali de bonis Ecclesiæ illa in sumendo in suam, suorũque sustentationẽ honestam.

\* F L O S XXI. \*

**C**lerici acquirunt verũ dominium fructuũ beneficiorum, quos citra iniustitiã aliorum possunt prohibito distrahere, vnde non tenentur ex iustitia ad eleemosynas erogandas, neque ad restitutionem eorum, quæ ex bonis ecclesiæ subtraxerunt.

\* F L O S XXII. \*

**T**enentur clerici ad eroganda in opera pia omnia, quæ superfluunt congruæ sustentationi, hoc tamen moderamine, quod in grauibus necessitatibus omnia superflua, in commu-

nibus verò non omnia, sed bonam illarum partem tenentur distribuere.

\* F L O S XXIII. \*

**C**um eleemosyna pro fine habeat subleuare miseriam indigentis, illis propriè est cõferenda, qui illam patiuntur, vel pro Christo paupertatem profitentur: attamen si quis pauperem se confingat, non tenetur ad restitutionem, dummodò non sit magna eleemosyna illi erogata.

\* F L O S XXIV. \*

**O** Ratio, vt à D. Thoma diffinitur, est actus appetitiuæ virtutis, seu cognoscitiuæ, cui quidem orationi competit esse actum Religionis, ex eo quòd per ipsam homo exhibeat reuerentiam Deo, quia per talè actû se ei subijcit, & orando se eo indigere, profitetur.

(\*\*\*\*\*)

*Argumentis aduersariorum restitutus adstabit P. Frater Ildephonsus Romero in almo Granatensi Cœnobio Beatae Mariæ de Victoria, suffultus patrocinio R. P. Ioannis Franco & Piedrahita Cordubensis Conuentus studiorum Regentis. Die mensis Septembris. Anno Dñi 1659.*

27  
GENEROSISSIME

**DYNASTA,**

MAGNANIME HEROS,  
QUEM OMNES TAM NATVRÆ,  
quā nobilitatis peruestute supellectiles ornant,  
qui nihil non magnum ab atavis hereditasti, qui  
ā maioribus tuis in Minimorum Religionem  
amore imbutum accepisti animum, cui benefi-  
centia in minimam familiam cōnaturalis inest,  
cuius pectus Alcantarę stemma vnde ornat, qui  
maior Vexillifer Astigitanę vrbs præes, qui do-  
mus del Pilar altera gloria existis, & quod ma-  
ius est, Patronatu Prouinciæ Granaten-  
sis Minimorum gaudes,

*TIBI, IN QUAM,*

NOBILISSIME DOMINE DOMINE  
**FRANCISCE ANTONI**  
DE AGUILAR, PONZE DE LEON, ET DE LA  
Cucua, tanquam perpetuo protectori, ac Patrono,  
& benefactori nostro,

EADEM TVA PROVINCIA GRANATENSIS  
Minimorum in gratiarum actionis demonstrationem hoc  
parvum munus mittit, & sacrat.

G 3

Q. P.

*Virum Christus Dominus meruerit primam gratiam, quam primus parens accepit in statu innocentia?*

I. CONCLUSIO

**I**NCARNATIONIS Mysterium ita sublimatur, vt nullus intellectus Angelicus sola natiua intelligendi virtute valeat nec euidenter, nec probabiliter eius possibilitatem cognoscere. Idem de ipso existenti iudico; eadem enim difficultas datur.

II. CONCLUSIO

**A**D humani generis reparationem aptum visum fuit medium diuini verbi incarnatio, non tamen ad illam absolute sumptam simpliciter necessarium: ad reparationem autem ex rigore iustitiae medium fuit simpliciter requisitum.

III. CONCLUSIO.

**A**equivalentem satisfactionem pro lethali peccato (quod in ratione offensae simpliciter

in-

infitum est) nulla pura creatura creata, vel creabilis, quantum vis donis gratiæ decorata, valet offerre, quod illi non denegatur respectu suæ venialis culpæ.

\* IV. CONCLUSIO \*

**L**icet opera satisfactoria Christi Domini secundum aliquem valorem fuerint inæqualia; tamen valor satisfactorius earundem operationum taliter à persona Verbi Diuini dignificatur, vt moraliter infinitus simpliciter sit.

\* V. CONCLUSIO. \*

**R**edemptor noster ita pro hominibus, quos ex nihilo Opifex Altissimus creauerat, satisfecit iuxta rigorosæ iustitiæ leges, vt quidquid ad talem queat desiderari, in illa satisfactione fuerit inventum.

\* VI. CONCLUSIO. \*

**V**erbum Diuinum nostræ fuit vnitum naturæ, vt hominem per peccatum perditum à miserabili seruitute liberaret; ita quidem, quod si homo casus non fuisset, à tanto mysterio Diuinus Opifex absque dubio vacaret.

\* VII. CONCLUSIO. \*

**C**um tamen hoc stat, quod incarnatio magis prædestinata fuerit propter peccatum originale, quod à Protoparente Adamo ad poster

teros

25  
teros deriuatum est, quàm propter actualia, quæ  
ab hominibus propria voluntate cõmittuntur.

\* VIII. CONCLUSIO. \*

**M**axima vnionum est hypostatica vnio  
intercedens inter Verbum Diuinum,  
& humanitatē: non tamen est increata, sed mo-  
dus substantialis realitèr distinctus respiciens hu-  
manitatem, quam modificat, & Verbū ad quod  
terminatur.

\* IX. CONCLUSIO. \*

**P**ræfatus modus substantialis ex maxima  
coniunctione cum personalitate diuina,  
quæ totius perfectionis fons est, & origo, ita no-  
bilitatur, & extollitur, vt supra omnem entitatē  
creatam, vel creabilem præstantissimum quid  
existat.

\* X. CONCLUSIO. \*

**E**tiam si simpliciter, & absolute loquendo,  
genus humanum Diuino Verbo non de-  
beat plusquàm Patri, & Spiritui Sancto; tamen  
peculiarialiquo titulo, & speciali ratione debet  
genus humanum Verbo Incarnato amorem, &  
gratiarum actionem.

\* XI. CONCLUSIO. \*

**N**atura humana Christi Domini redditur  
impeccabilis ab vnione hypostatica. Cū  
hoc

29

hoc tamen stat, quod humanitas solum sanctificetur formaliter vt *quo* ab ipsa vnione, vt *quod* verò à Verbi personalitate : non autem ex hoc ab ipsa gratiam habitualem excludimus.

\* XII. CONCLUSIO. \*

**V**irtute charitatis, omnibus gratijs gratis datis, & scientia per se infussa decorata fuit Anima Christi Domini ab instanti suæ conceptionis, & vt omnibus alijs filijs Adæ excellentior resultaret, habuit in illo primo scientiam beatam.

\* XIII. CONCLUSIO. \*

**O**mnipotentia Diuina quoad totam suam latitudinem, & perfectionem extensiuā non fuit communicata humanitati Christi Domini: verum enim verò concurrat vt instrumentū diuinitatis ad patranda miracula, & ad alia supernaturalia efficienda.

\* XIV. CONCLUSIO. \*

**P**ulchritudo corporalis Christi non solum eximia fuit, ita vt aliās pulchritudines hominum excederet; sed etiam tantam obtinuit formositatem in anima, quod actualis, vel habitualis peccati maculam committere nequiverit.

H

XV.

\* XV. CONCLUSIO. \*

**F**uisse impositum præceptum Christo Domino de subeunda morte, cum multis affirmo, & licet incapax fuerit culpæ, tamen libere illud impleuit tam quoad circumstantias, quam quoad substantiam.

\* XVI. CONCLUSIO. \*

**C**hristum fuisse Sacerdotem, Rex Profeta affirmat; illius tamen Sacerdotium excellentissimū, & præstātissimum omnium fuit Sacerdotum; erat enim Filius naturalis Dei delibutus oleo Diuinitatis; quapropter excellentiori modo fuit Sacerdos constitutus.

\* XVII. CONCLUSIO. \*

**C**hristus Dominus meruit gloriam sui corporis, exaltationem sui nominis, & alia. Non tamen meruit primam gratiam, quam primus Pater accepit in statu innocentia. Quod idem affirmandum, censeo, de gratia, quam Angeli habuerunt.

\* XVIII. CONCLUSIO. \*

**E**tiam in quantum homo non adoptiuus, sed Filius naturalis est Christus Dominus; dicitur tamen talis ab illa æternali filiatione, secundum quam ante Luciferum genitus per intellectū æterni Patris procedit, omnino illi similis in natura.



\* XIX. CONCLUSIO. \*

**A** Doratio est quidam actus ad virtutem Religionis pertinens, quo Deum, & quæ ad ipsum aliqua ratione pertinent, veneramur propter eorum excellentiam; partiturque in internam, externam, latriam, duliam, & Hyperduliam, absolutam, & respectiuam.

\* XX. CONCLUSIO. \*

**N**ON solum secundum Diuinitatem debetur supremus cultus latriæ Redemptori nostro; sed etiam secundum humanitatem; quod non impedit, quominus possit etiam adorari propter gratiam habitualem, & alia dona, quæ habet, adoratione Hyperdulia.

\* XXI. CONCLUSIO. \*

**I**Ta animæ ipsius reuerentia existentiam ex-  
pōsit, & cultus debitus cuiuslibet sancti reliquijs, vt ipsa annihilata, adoratio, quæ modo à Fidelibus datur, exhiberi non possit; licet diuerso cultu propter Deum, qui in illis fuit glorificatus, sint dignæ.

(\*\*\*\*\*)

Q. P. R. Conclusio 17.

(\*\*\*\*\*)

*Defendet in Minimorum Granatensi Con-  
uentu pro Comitij Prouintialibus Fr. Iose-  
phus de S. Ioan sub prasidio R. P. Lectoris Iu-  
bilati Fr. Francisci a Lobillo & Bañuelos  
Die trigesima mensis Septembris.  
Anni 1659.*






*F. Heylā facieb.*

*Granata*

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.



Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or footer, which is mostly illegible due to fading and bleed-through.

31  
REVERENDISSIMO VIRO

PRVDENTIA,

AC PIETATE ORNATISSIMO PRÆSVLI,  
litterarum ornamento, ac decori, obseruantia  
regularis, ac quadragesimalis pœnitentiæ ro-  
bori maximo, ac exemplari obseruantissi-  
mo, humilitatis abyssu, omnium  
virtutum scholæ;

TOTIVS RELIGIONIS  
MINIMORVM REVERENDISSIMO,  
ac colendissimo Generali autoritate  
Apostolica pro meritis electo,  
& assumpto


*PATRI NOSTRO FRATRI*

IOANNI GVILLARD  
EIVS GRANATENSIS PROVINTIA PRO  
Comitijs Prouintialibus celebrandis animo vna  
in demissionis, ac obedientie declamatio-  
nem post manuum oscula,

*HÆC THEOLOGICA ASSERTA  
sacrat humilis, accernua mittit.*

*Q.P.*

*Utrum particula enim posita in Verbis forme  
consecrationis Calicis sit essentialis?*



I. ASSERTVM. \*



ISAIAS Baricinans foelicitatem legis  
gratiae nostra praedicauit Sacramen-  
ta, & nomine fontium ea sanxit pul-  
chre, ac compe dicens: *Haurie-  
tis aquas in gaudio de fontibus sal-  
uatoris: fontes enim sunt Sacramenta, ex qui-  
bus aquam salutis, id est gratiam haurimus, qua  
efficimur Filij Dei, & in domo eius ambulamus  
confidenter.*

II. ASSERTVM. \*

**E**tiam in lege veteri, tam scripta, quam na-  
turali prouidit Deus remedia lapsis, om-  
nia suauiter disponens. In statu iustitiae origina-  
lis nulla instituta fuere Sacramenta, nec institue-  
rentur, si ille status durasset, *non est opus valen-  
tibus medicus, sed male habentibus; & si ibi es-  
sent sacrificia.*

III. AS-

\* III. ASSERTVM. \*

**C**omparatione facta nostrorum Sacramentorum cum antiquorum Sacramentis illa in numero nostra superabant, at nostra excedunt dignitate, efficacia, & causalitate, antiqua. Venit enim plenitudo temporis, & vberiora nobis pocula propinavit primogenitus Christus, maiorque pars venit Benjamin.

\* IV. ASSERTVM. \*

**C**ernui veneramus septem Sacramēta, quae Christus instituit, substituens pro materia illorum res, & pro forma cuiuslibet verba: ista si variētur in significatione, & variatione substantiali, irritum, ac nullum erit Sacramentum, secus verò si accidentalis sit mutatio, quamuis grauitèr peccaret minister.

\* V. ASSERTVM. \*

**I**n Ministro omnino exigitur generalis intentio faciendi, quod Christus fecit, & Ecclesia determinat, vt valide Sacramentum conficiat: & licet talis intentio non intret vt pars essentialis in Sacramento, quia spiritualis, & sacramentum essentialiter debeat esse quid per se corporeum, tamen petitur vt connotatum essentialē.

VI. AS-

\* VI. ASSERTVM. \*

**F**irmiter tenemus, & simpliciter cōfitemur, nostra Sacramenta causare gratiam ex opere operato. Ob hocque dicendum cenſeo, gratiam in illis contineri phyſicè tanquam in instrumentis non per potentiam obedientialem actiuam, ſed ratione nouæ ſpiritualis virtutis illa ad talem productionem eleuantis.

\* VII. ASSERTVM. \*

**G**ratia vi Sacramenti collata addit ſupra gratiam virtutum aliquid modale realiter illam perficiens quantum ad effectus. Vnde ſi quis intra Sacramentum iuſtificetur gratiâ vt quatuor, & ipſemet lapſus in culpam poſtea extra Sacramentum iuſtificetur, meliora auxilia per primam iuſtificationem obtinebit.

\* VIII. ASSERTVM. \*

**L**icet omnia Sacramenta nouæ legis cauſant gratiam phyſicè, non tamen omnia cauſant primam gratiam per ſe, ſed ſolum baptiſmus, & poenitentia; cætera alia licet aliquando primam gratiam conferant, non per ſe, ſed per accidens dicuntur illam cauſare, quia horum effectus per ſe eſt augere vitam gratioſam.

IX. AS-



\* IX. ASSERTVM. \*

**B**aptismus, qui in uia spiritualis uitæ à patre, & oraculis proclamatur, est ablutio corporis, &c. necessarius est necessitate mediæ ad salutem. Per ipsum remittitur tota culpa, & totalitèr pena. Subiectum est homo natus, minister ex officio presbyter, ex necessitate quilibet homo; est Sacramentum mortuorum, sicut & penitentia.

\* X. ASSERTVM. \*

**P**otest fictè recipi Baptismus, & tunc imprometur character, sed non gratia, eo quòd suscipiens obicem apposuit; at quando resurgit per penitentiam, totam gratiam Baptismi Sacramento correspondentem obtinebit. Vtrum autem ad talem gratiam Baptismus concurrat moralitèr solùm, uel etiam physicè, sit problema.

\* XI. ASSERTVM. \*

**P**rimum post Baptismum Sacramentum est Confirmatio, cuius materia est chrisma ex oleo, & balsamo benedictis ab Episcopo, cuius forma est *signote*, &c. Minister illius est Episcopus, & ex dispensatione Summi Pontificis poterit illud ministrare quilibet Sacerdos, subiectum est homo Baptizatus, effectus est gratia corroborans.

I

XII. AS-

\* XII. ASSERTVM. \*

**A**vgustissimum Eucharistię Sacramentum, quod ingentis liberalitatis ingenium, diuitiarum Dei thesaurum patefactum, & amoris in finem sine fine Christi Domini ostensionem, iure vocitant sancti, stupent Angeli, mirantur Cherubim, ac Seraphim, institutū fuit nocte cęne, & excedit cętera Sacramēta dignitate, & perfectione.

\* XIII. ASSERTVM. \*

**Q**uia subspeciebus panis, & vini Christus integer perseuerat, colligimus, corpus eius & sanguinem nō spectare tanquam partem constitutiua ad Sacramētum: & quia ante sumptionem adoratur in Altari, & in Sacratio cōseruatur, inferimus, sumptionem extra eius essentiam esse: vnde solę species continentes corpus & sanguinem sunt Sacramentum.

\* XIV. ASSERTVM. \*

**F**orma consecrationis hostiæ est *Hoc est corpus meum*; calicis verō forma exoptat necessario omnia illa verba, & sub ea forma, quibus vtitur Ecclesia; materia remota hostiæ est panis triticeus; calicis verò vinum de vite, huic admiscetur aqua ex precepto Ecclesię, quæ si tempore consecrationis non est conuersa in vinum, non transit in Sanguinem Christi.

XV. AS-

34

\* XV. ASSERTVM. \*

**A**ctio, qua mirabiliter panis in Corpus, & vinum in Sanguinem Christi conuertuntur, dicitur transubstantiatio, hæc terminum à quo positivum, scilicet panem, &c. & terminum ad quem positivum desiderat, inter quos terminos, sicut etiam inter actionem conuersuam, & panis decisionem est cōnexio ex natura rei.

\* XVI. ASSERTVM. \*

**L**icet saluetur conceptus propriæ mutationis in hac transubstantiatione, & hæc non sit creatio, neque rigorosè generatio; exigitur aliquid commune vtrique termino, non quòd subiectum substantiale sit, sed quòd spacium sit & nominetur, nec aliud requiritur. Decissio totius substantiæ panis, & vini non est annihilatio.

\* XVII. ASSERTVM. \*

**C**hristus in Eucharistia non est circumscriptiue, cum non commensuretur loco, neque definitiue, cum ex modo, quo illic est, nõ repugnet illi esse alibi: est tamen sacramentalitèr, nec sustentat accidentia panis, nec locus inhæret locato, sed extrinsecè continet illud, & ad motum specierum corpus mouetur.

XVIII. ASSERTVM. \*

**N**ec per potentiam Dei absolutam potest Christus, prout in Eucharistia, se per se mouere localiter, aut moueri, quia ibi non est per cōtactum virtutis. Nec potest exercere aliquam operationem per se pendentem à corpore extrinseco, neque oculus corporeus etiã glorificatus, neque Angelus naturaliter positiuè possunt videre ibi Christum.

\* XIX. ASSERTVM. \*

**P**oenitentia vt Sacramentum, quæ secunda tabula mansit post naufragium, habet pro materia circa quam peccata omnia, & illa sola, quæ post Baptismum committuntur. Sufficit ad integritatem confessionis, speciem, & numerum peccatorum detegere, quamuis circumstantiæ notabilitèr aggrauantes reticeantur.

\* XX. ASSERTVM. \*

**C**ontritio arguens vehementem dolorem de culpa, quæ semper est formata charitate, dicitur optima dispositio ad Sacramentum confessionis; at licet non adesset contritio formata, si tamen homo attritione supernaturali accedat ad Sacramentum, iustificabitur, secus verò si attritione naturali accedat.

XXI. AS-

\* XXI. ASSERTVM. \*

**P**Oenitentia vt virtus est, sibi vendicat pro obiecto formali recompensationem Deo faciendam pro iniurijs proprijs. Virtute illius reuiuiscunt merita per antecedentia peccata mortificata; non quidem secundum totam quantitatem, sed solum iuxta mēsuram dispositionis, qua quis de culpa commissa conteritur.

\* XXII. ASSERTVM. \*

**S**acramentum Extremæ Vnctionis ea necessitate petit, formam ponendam esse sub deprecatiua oratione, vt si indicatiuē proferantur verba, Sacramentum non conficiatur: primarius effectus illius est, reliquias peccatorum expellere, & gratiā corroborantē, & confortantē causare.

\* XXIII. ASSERTVM. \*

**S**acramentum ordinis in traditione materiæ preparatę stat fixum; quia ordinatus per impositionem manū Episcopi conferentis Spiritus Sancti virtutem ad delenda peccata, nec partialitēr fit Sacerdos. Vnde in quolibet vero Sacerdote subiectatur potestas ordinis collata per aliam formam à forma Sacramenti Ordinis diuersam.

\* XXIV. ASSERTVM. \*

**M**atrimonium in quantum est Sacramentum nouę legis, potest sic aptē definiri:

est signum gratiæ, quo vir, & mulier legitimo  
consensu perpetuò coniunguntur. Materia sunt  
actus contrahentium, forma verò expressio ac-  
tum. Ecclesia potest constituere impedimenta  
dirimentia matrimonium.

*Q. P. Satisfit in 14. Asserto.*

*Theologica hæc asserta ex D. Thoma Doct. An-  
gel. decerpta sub veritatis ipsorum splendore pro  
Comitijs Prouincialibus in Granatensi Diua  
Maria de Victoria Sacro Conuentu defensabit  
Fr. Hieronymus Zamorano sub munimine R.  
P. Fr. Ioannis de Salas, Regalis Diua Maria  
Victricis Malacitani Conuentus Lectoris  
Primarij. Die 1. mensis Octobris  
anni 1659. Vespere.*

\*\*\*

GRANATÆ,  
EX  
TYPOGRAPHIA  
REGIA,

APVD  
BALTHASAREM  
DE BOLIBAR,

IN  
VICO DE ABENAMAR.

ANNO DOMINI

1659.

